



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De reseruationibus tam generalibus qua[m] specialibus sublatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

dois. §. si autem col. 7. facit quod nor. Fel. in ca. ad aures. de prescrip. & ibi Paul. Parisius, in fin. hoc plenius prosequitur. Ad hæc poterit coadiuvari hoc priuilegium per testes Bald. in d. l. certi conditio. §. quoniam. per gloss. ibi. & text. in cap. series de testib. nec reculabitur probatio qualitatis per testes, vt quod fuerit scriptura apostolica, vel aliàs authentica. Anon. But. in 6. auditis. in 6. notab. per illum tex. de in integr. restit.

Item si pars non opponeret, probatio per testes valeret. Bald. in d. §. quoniam. quia pars tacendo videtur approbare. arg. l. si quis testibus. C. de testibus. Item non procedit secundum Feli. & alios in cap. 2. de prob. quando fieret probatio per quinque testes, per d. l. testium, quod non admitterem, cum hic omnino admittatur probatio præter scripturam authenticam, & literas apostolicas, quo ad hoc, sed quo ad alia non. Item limitant quâdo probaretur per testes legalissimos, quos etiam hic non admitterent iudices, cum hic adimatur omnis species probationis præter scripturam authenticam. Et sic limitationes aliæ. Fel. in d. c. 2. cessant quo ad hunc text.

Periclitatur etiam cautela Cepolæ. 167. regulariter imò nec officio iudicis alia probatio recipietur, quàm literæ apostolicæ vel authenticæ in hoc casu. licet Hipp. dicat alias posse admit. in rub. de prob. fol. 11. vbi tradit multas cautelas ad probandum per testes, quæ videntur cessare hic. Ista sunt quæ ad hanc primam partem (bone lector) addenda censuimus, tum iussis, tum precibus amicorum deuicti, impulit me præcipuè ille senator in sacro magno consilio egregius Do. Brelleius, non modo iure consultissimus, verum etiam græca ac latina lingua doctissimus, nunc verò in sacra & magno regis consilio præses benemeritus, licet fœliciori stilo ac eruditione super his scribere potuisset, si per otium ei licuisset: in quibus tamen si alicuius personæ ecclesiæ, vel iuris iacturam aliquam fecero, à quolibet corrigi, ac detexere illa paratum me offero, veniam etiam petens, si aliqua iuri contraria (præter tamen animi spem) in sum-

mos principes locutus fuero, vel si eos tantis (vt dicebat) non fuero profecutus honoribus, si verò aliqua vitia descripta sint, Deo Optim. Max. tribuo, cui agam perpetuas gratias, gratia quippe eius in me vacua non fuit, sed abundantius aliis omnibus super his concordatis scripsi, Non autem ego, sed gratia Dei mecum, vtor verbis D. Pauli hanc primam concordatorem partem, quæ tamen in editione vltima fuit, claudens.

De Reservationibus, tam generalibus, quam specialibus sublati.

Reservationes ac expectatiuæ generales, & speciales, à Papa concedi non debent ad vacatura beneficia, & si concessa fuerint, irritæ sunt, & inanes hoc in summa habet hic §.

Volumus a quoq; & ordinamus, quod in regno, Delphinatu, & comitatu prædictis de cætero non dentur aliqua gratiæ expectatiuæ, ac speciales, vel generales reservationes ad vacatura beneficia, per nos & sedem prædictam non fiant, & si de facto per importunitatem, aut aliàs à nobis & successoribus nostris, & sede prædicta emanauerint, illas irritas & inanes esse decernimus.

DEi optimi maximi inuocato præsidio. Hactenus ferè legitur D. Io. Dayma, doctor Tholosanus excellentissimus, & ibidem, dum legebam, collega meus, qui olim ad me literas (dum apud Pictones & Bituriges iura interpretar) misit in quibus se ad vmbilicam glossemata concordatorum duxisse in his que explicandis totis (vt aiunt) neruis interdiu noctuque multos annos elaborasse enunciauit, quæ me multo tempore tenuerunt, ne super his aliqua scriberem. At cum nuper eius vidissem glossemata ad hanc

hanc tantum rubricam protendi, non potui non aliqua hic scribere, & auditoribus nostris (quod commodo meo fiat) hæc concordata publicè non interpretari. Verum enimvero cum in his interpretandis scholastici boni consulerent, rogarentq; ut has glossas meas in apertum proferrem: hoc solum reprehendentes, quod hanc vilem materiam illis tamdiu subtricerim, allegantes tex. in *l. si quis forte. ff. de pre.* Quibus negare operam meam, & si adhuc abortiuâ, non potui mente reuoluens, multo melius illis prodesse per hæc pauca, quam multis inutilibus eosdem grauare ac nostras vigilias cum blattis & tineis rixantes dimittere. Igitur lectores boni, æquiq; consulite, & meam operam grater vobis oblatâ hilaro animo suscipite. Quod si (ut spero) feceritis me ad hæc expurganda, & quæ in palatio quotidie occurrerint, his addenda incitabit.

Reseruationes & generales & specialis sine prohibe.

Interim notandum est plures rationes esse descriptas in prag. sanct. ob quas prohibentur reseruationes in hoc Franciæ regno: ea videlicet potissima, quia ex illis ingeritur votum captandæ mortis ipsis etiã gentilibus exosum. c. nulla. de concef. præben. etiam quia bonis moribus non conueniunt, ut in proemio supra patet, alias ibidem videre rationes quilibet poterit. Et sunt prohibita siue sint generales, ut si Papa suæ collationi reseruet omnes dignitates maiores post pontificalem in cathedralibus & metropolitanis, ut in regula 7. Cancellæ. & in extrau. 10. 22. execrabilis. de præb.

Affecta Papæ beneficiis ab ordinario conferre possunt.

Item vbicunq; collatio beneficij facta per Papam vel legatum nõ tenuit, vel propter subreptionem literarum, aut ob indignitatem personæ, aut super nullitate prouisionis papalis, requiritur causæ cognitio, tunc beneficium est Papæ affectum, ut alter non possit conferre, extra eum. Pan. & alij in c. inter dilectos. col. pen. de excess. præb. & generaliter vbicunq; Papa apponit manû c. ut nostrum. de app. ut consuluit Ro. plura allegans, conf. 33. circa primum. col. 1. Itæ tamen affectiones, quia sunt generales reseruationes, etiam hic prohibentur, & ideo ordinarij conferre poterunt, non obstante quòd

de iure sit affectum: alioqui priuarentur ferè suis collationibus, ut concludit gl. in isto tit. in verbo causa. c. licet. & ita seruatur, ut abundè scripsi in praxi beneficii in hac materia reseruatio.

Specialis reseruatio, est quando Papa suæ collationi vnã dignitatem vel beneficium reseruat, ut patet in prag. eo. tit. Agrad. hic declarata de Bellamera, conf. 34. supposito. col. 4. vers. ad ratum. tertium. vide tex. in c. cum in partibus. & ibi doc. de ver. sig. & sic vidi reprobari literas continentes constitutionem pensionis, in quibus continebatur, si prædictus N. per annu à fine terminorum huiusmodi computandum, à solutione pensionis prædictæ cessauerit, ex tunc idem N. prædicta Ecclesia sit priuatus eo ipso, ipsaq; ecclesia ex tunc ad te pertineat, liceatque huiusmodi possessionem propria autoritate recipere, & etiam perpetuo retinere. vel si talis N. moriatur, vel alio priuetur modo dicta ecclesia, tunc ad ipsam propria autoritate redire, ipsamque tenere & possidere, ac eius fructus redditus, & proventus & recipere, & habere liberè & licitè valeas, sicut prius concedimus: quia continebant reseruationem quæ hic prohibetur.

Duplex reseruatio

Et concessæ irritæ sunt & inanes per hunc text. Notandum est in tribus casibus adhuc reseruationes hodie permitti.

Nota reseruationes hodie permittas.

Primò, ratione loci utpote quando beneficia in curia vacant. c. 1. de præb. in 6. Et in ciuitatibus, & villis muratis, tunc reseruat etiam graduatis, & viris qualificatis. §. statumus. 2. de colla. infra.

Secundò, ratione personæ, ut officialiû sedis apostolicæ. extrau. ad regimen. de præb. in communibus, nisi iure regali vacet, ut fuit conclusum in senatu, an. 1338. die 3. Iulij, inter magistrum Robertum le Gay, & magistrum Guillelmum de Machicolo ratione canonicatus & præbendæ ecclesiæ Rotho. & propter Theologi personam est eidem reseruata præbenda theologalis. in §. 1. infra tit. proxi. Idem si beneficia vacent tempore præstituto. in §. præfati. 1. infra de col.

Arrestum.

Tertiò, ratione beneficiorum, utpote si sint maiores dignitates & alia beneficia, de quib. in tit. prox. supra. Prouin. fol. 57. vers. Item corpore suo.

Reseruationes in corpore suo.



vis clausæ
sunt ex-
ceptæ.

omnia quod est notandum. Et licet hic non excipiatur. reservationes in corpore iuris clausæ. de quibus in c. 2. de preb. in 6. de. vna. de rer. perm. & alias enumerat D. Probus in addi. ad Ioan. monach. in c. pre. sent. de offi. leg. in 6. tamen tacite secundum eum intelliguntur exceptæ per gl. in a. ubi. qua. in prouincia. C. ubi de cri. agi. opor. §. in l. 2. §. legat. ff. de iud. ubi de interrogacione priuilegiatorum non comprehenduntur priuilegia in corpore iuris clausa. sic dicemus hic sublatis reservationibus non comprehenduntur in corpore iuris clausas. gl. in l. heres. absens. in princ. ff. de iud. §. in tit. de causis. in verbo. in iure. in prag. Vital. de Camb. in tracta. claus. clausula generali non obstantibus quibuscumq. oriui. fol. 8. in paruo. vol. Ro. in repl. §. vero. §. de viro. col. 13. fol. 22. ff. sol. mar. Dec. cons. 165. in si. plane scripti in schol. §. 10. priu. 170. Quod probat iste tex. dum prohibet. quod non fiant de cætero. ergo factæ in corpore iuris non tolluntur. & postea in tex. dicitur. si à sede emanauerint. ergo si à iure. vel aliàs essent emanate. non hic comprehenduntur. Dicit tamen Io. de Monteferrat. in 4. parte super prag. sanct. quod ex magna & euidenti causa posset Papa hoc in regno reseruare. utpote si in ecclesia cathedrali. vel collegiata. seculari vel regulari non reperiretur doctus. tunc propter excellentem doctrinam literati. poterit ei reseruare episcopatum. Vide Dec. cons. 168. reuerende. quod non paterentur regnicolæ.

Imò. per arrestum curie parlamenti Parisi. parlatum anti. 1496. die 19. April. fuerunt damnatæ nedum reservationes. sed etiam impetrationes cum regressu. videlicet quod vno decedente beneficiu reuertatur ad alterum. & hoc in causa magistri Franc. de Stagno protonotarij. contra canonicos ecclesie Lugd. (quamvis in Prouincia & Delphinatu tollerentur. teste Fran. Marc. in decis. Delphi. deci. 77. in 1. parte.) Quod fortè est verum sua memoria. sed hodie. si quis cum regressu resignauerit. valebit resignatio. regressus tamen annullabitur. quia vtile per inutile non vitiat. regula iuris. sed adhuc regressus tolerantur. sed non reservationes. nisi in prouincia. Item eo arresto fuit in hoc regno prohibita re-

seruatio omnium fructuum. veteriam reser. Aufre. in sylo parlan. arresto. 152. in em. die 19. April. Et quia hæc materia reservationum parum viu venit in palatiis cum omnino sit Gallis exosa hominibus. ideo eam misfam facio. cum satis super q. sit discretæ per gl. prag. sanct. Et per Gaspar. de Peru. in suo tra. de reser. ua. ac abundantijs. ab Henr. de Fatio. in eo. reseruacionum tractat. si indigias illos lege. Et quomodo capiuntur per theologos. vide per Pet. Berchorium in verbo reseruat. qui optime explicat. An sit faciendamentio reservationis. tradit Fel. in ca. nostra. correla. 3. de rescript.

Papa intendit in hoc regno posse creare canonicos in ecclesia metropolitana. & collegiatis. ad effectum obtinendi dignitates. hoc dicit.

In cathedralibus & tamen. metropolitanis & collegiatis ecclesiis. in quarum statutis cauere tur expresse. quod nullus ibidem dignitatem. personatum. administrationem vel officium obtinere possit nisi in illis actu canonicus existat: canonicos ad effectum duntaxat inibi obtinendi dignitatem. personatum. administrationem vel officium huiusmodi. & non consequendi primam prebendam vacaturam creare posse intendimus.

In cath. Licet reservationes sint prohibite in hoc regno. Delphi. & comitatu Diensi. ibi. tamen Papa creat canonicos ad effectum duntaxat obtinendi dignitatem. personatum. administrationem vel officium in ecclesia metropolitana. cathedrali. seu collegiata. tam seculari quam regulari. cum hic generaliter loquatur. & non distinguat. ideo nec ego. Et intellige quod Papa creet canonicum. siue status ecclesie. caueatur expresse quod nullus. ibi. dignitatem obtineat. nisi sit actu canonicus. siue consuetudine ita obseruetur. vt communius in ecclesiis huius regni. [valet illa consue.]

consuetudo, ut docet Barb. in c. cum consueu-
tione in prin. de consuetu. c. i. vbi Pan. in 2. noc.
de his que fiunt a prel.]

Papa tamen non creat canonicum ad
primam prebendam vacantem obtinen-
dam, quia esset illa reservare, quod hic est
prohibitum, etiã intendit creare canoni-
cos ad effectum obtinendi dignitatem, nõ
verò plures dignitates, simul: vnde in crea-
tione canonicatus debet exprimi, si iam
obtinuerit dignitatem, quia Papa non in-
tendit per istum tex. creare canonicum, ni-
si ad vnã dignitatem; & non ad plures in
vna ecclesia, quod est odiosum, ideo in lite-
ris exprimendum. c. ad aures. c. super literis. de
reser. Et si Papa sciuisset habere, vel habuis-
set dignitatẽ in illa ecclesia verisimile est,
quod illum canonicum ad hoc non creau-
set, vel non ita de leui. c. postulatisti. de reseript.
Scripsi in forma mandati in verbo pro expressis,
in sel. ge. ut dico in ver. octauo. infra.

Et hæc creatio non frangit numerum
canonicorum in ecclesia statutum. Imol. in
c. vacante de preb. Et quid posuit iste canoni-
cus honorarius facere, tradit Fed. de Sen-
tis, consil. 290. quia in presenti. col. 3. doli. in ca.
dilecto de preb. & infra dicam. Itud est valde
utile pro nominatis in ecclesiis cathedrali-
bus & metropolitanis, vt faciant se creare
canonicos à Papa ad effectum obtinendi
dignitates, ibi. Alioquin etiam si dignitates
vacent in mensibus nominatorum, non
debeantur ipsis nominatis, ut dico in tract.
nomi. q. 15. ver. 22.

Legatus an
possit crea-
re canoni-
cum ad ef-
fectum.
Vtilius tamen est scire, an legatus à late-
re possit creare canonicum ad hunc effe-
ctum. Viderur quod non, vt patet hic, quia
sibi tantum reservat Papa: ergo inferior,
vtpote legatus, non poterit, quia tex. debet
intelligi in casu in quo loquitur. l. ff. de ma-
gistr. conue. Barb. consil. 57. preclare col. 2. in 1. vol.
faci etiam l. cum preter. ff. de iud.

Secundò dicit Card. in cle. si q. de prebend.
quod Papa in dilectioe etiam ante vacatio-
nem prebendæ potest canonicam confer-
re, legatus non, sed reservare poterit. Col-
leit. in c. eccl. col. 7. de for. leg.

Tertiò, quando in ecclesia est certus nu-
merus canonicorum & prebendarum sta-

tutus, & iuratus, ac per Papam approba-
tus, non potest legatus illum numerum
infringere. gl. sing. in c. pro illorum, & c. dilecto.
de preb. Spec. in tit. de leg. §. nunc. tractem. i. ver. f.
sed si legatus. vbi dicit, quod si canonici reci-
perent illum, pro quo legatus mandat, te-
neret receptio. Anch. in c. steum. de preb. in 6.
& ibidem Perus.

In contrarium videtur: nam ordinarius
potest conferre canonicam non vacantem.
c. relatum. c. dilect. is. i. de preben. c. cum super. de
conces. preb. Et plus potest legatus quàm or-
dinarius. c. dilect. de offi. leg. Ergo & canoni-
cum creare poterit ad effectum, vt hic.

Secundò, potest legatus compellere ca-
nonicos, vt recipiant aliquem in canoni-
cum, & prebendam non vacantem refer-
uare. text. not. in c. steum. & c. hi qui de preben.
in 6. & ibi Perus. Et cum hæc quæstio in hoc
venerabili senatu Parisien. mota fuisset tẽ-
pore Georgij de Ambasia, tunc legati in
Francia, fuit per curiam conclusum, & vt
dicitur, in mente curiæ retentum, anno
1512. die 26. Aprilis, quod legatus potuit
ad istum effectum creare canonicos ne-
pecuniæ ex regno ob hoc extrahantur, &
ne res nummaria Gallia diminuatur, vt
in proœmio supra patet, quod per hoc fie-
ret, & etiam quia hoc concordatum ad v-
tilitatem regni & regnicolarum est factum,
vt ibidem patet. & ista est regni utilitas, vt
omnibus apparet, ergo, &c.

Substitutus tamen per legatũ non pos-
set, imò legato de Boyssi per curiam fuit pro-
hibitum, ne haberet creare substitutum, non potest
vel vicarium cum simili potestate, qui eo canonicũ
presente, vel absente, legatione vti posset, creare, &
sed regentem cancellariae, & datarium, ac an habeat
alia officia necessaria habere potest. arre-
fuit. similem
sto parlamen. Paris. anno 1519. die vero 5. cum legato
Septemb. pro ea que scribit Io. Franc. in tract. potestati.
de offi. & potesta. c. sede vacante. in q. 10. partis. 2.
col. n. vers. ad de q. d. delegatus.] Et bonũ esset
quod ad postulationem regis, vel alterius,
seu motu proprio Papa cõcederet singulis
vniuersitatibus Fraciæ, vt nominatos pos-
sint creare canonicos ad effectum, postquã
nominare est eis concessum, ergo & con-
sequens eis concedi debet. l. ad legatum. ff. de pa. concedi

potest fa-
cultas cre-
andi cano-
nicos.]
procur. Et si Romæ essem, hoc procurarem
pro vniuersitatibus Franciæ. hodie à Papa
concedi solet legato potestas creandi hos
canonicos.

Notandus est iste tex. dum dicit ad effe-
ctum, duntaxat. quod iste canonicus dicitur
esse canonicus in herba. Ioan. And. in ca.
dilectus. i. de prob. vt refert additio. ad Pan. in ca.
in nostra. de rescri. Sicut frumenta in herbis.
I. ff. stul. §. si ff. de contrahen. emp. & habet no-
men canonicum inane & vacuum, nisi quoad
hunc effectum. Anch. in c. eum cui. de prob. in
6. & ius habet ventos. dicit gl. in §. item censuit
ipsa. in verbo numerus. de col. in prag. Ideo infer-
tetur, quod alij canonicus habentes præ-
bendam illi honorario præferuntur, &
præcedere eum in honoribus debent. N.
Dom. in c. episcopus. 27. dist. refert de Ripa. lib. i.
Respon. c. vlt. col. 2. quia habens maiora sti-
pendia, præferri debet non habenti, vel mi-
nus habenti. l. nemo. C. de offic. magistr. offic. ibi,
vt is gradus cæteros antecellat, quem sti-
pendia meliora, vel labor prolixior fecerit
anteire. Potest hic canonicus vocari mini-
mus, vt dicitur in c. que sunt. de his que sunt à
ma. part. c. vbi Pan. dicit in r. not. quod quidam
sunt canonicus maximi quoad ventrem,
quem habent maximum & timidum, alij
maiores, alij minimi: tum ratione defectus
scientiæ, dignitatis, ordinis, tum temporis,
seu receptionis. vide ibi.

Secundo inferitur, quod is canonicus
creatus non poterit esse iudex delegatus à
Papa vel à legato, sicut alij canonicus præ-
bendati in cathedralibus ecclesiis seculari-
bus. c. statutum. in prin. de rescrip. in 6. cum à
effectum tantum obtinendi dignitatem sit
creatus, licet contrarium teneat. glo. in ex-
traua. sedes de offi. deleg. in verbo ius ad rem. in
communibus. Quæ fortè possit intelligi de
creato in canonicum cum plenitudine iu-
ris canonicus, & reservatione præbendæ,
iuxta capit. si postquam, de præben. in 6. Secus
si creetur ad effectum tantum, vt hic decla-
rat Ioannes Staphi. in tractatu de literis gratiæ.
fol. 7. Tamen in hoc regno non recipere-
tur creatio cum reservatione, quia reser-
uationes sunt hic prohibitiæ, vt superius de-
clat. Et an possit esse conseruator,

vide text. & doct. in c. si. de offi. deleg. in 6. quod
non

Tertio, quod dignitas non est affecta illi
canonico, quin possit alteri conferri nisi
per nominationes, mandata, vel alio modo
canonici adstringantur ad conferendum,
nam ratione huius canonicatus non tenetur,
quia ad effectum tantum, &c. & non
consequendi primam præbendam vacaturam,
vt dicit hic text. licet ratione canonicatus
contrarium videatur. no. in c. clarum.
de prob. & c. dilectus. ibidem. c. si clericus. eo. in li.
6. Per. Paul. parisi. conf. 83. electus. col. i. in 4. vol.

Quarto, quod hic canonicus non poterit
possessionem ratione huius canonicatus
dignitatis vacantis propria auctoritate
sibi apprehendere, nec agere possessio-
rio recuperandæ, antequam possessio di-
gnitatis fuerit sibi tradita, licet contrarium
teneat Per. Anch. in reg. sine possessione. col. 27. de
re iud. in 6. vt refert Fel. in c. cum M. col. 9. in fi.
& seq. de const. per hanc rationem quo ad effe-
ctum tantum facit. l. si ex stipulatione. ff. de acq.
pos.

Quinto, etiam inferitur quod hic cano-
nicus honorarius nil tenetur soluere pro suo in-
gressu, cum nil aut parū utilitatis habeat,
licet canonicus præbendati ex ecclesiæ con-
suetudine soluant, quod est simoniacum,
vt in c. quemadmodum & c. veniens. de simo. & c.
ex multis. i. q. 3. [Paul. Paris. conf. 93. Michael. in
4. vol.] Vice tamē doct. in d. c. cum M. de cõsi. in
& an ingrediens religionem, & aliquid dās
pro ingressu, committat simoniam quod sic
decidit. c. tua nos. & c. dilectus. 2. de simo. & d.
quemadmodum. tex. in c. monach. de statu mona.
Auff. in dec. Thol. q. 31. & Guid. Papæ in dec. Del-
phi. q. 80. vt lenius quod intellige vt tibi, dicitur,
& distinguitur. Et quid de prandio pro in-
gressu debito? text. in ca. Luce. de simo. & Regi-
dium de Bellamera, conf. 31. quod mulier col. 2. Nihil
ver. 2. vbi dicit valere consuetudinem per c. prandio
ad apostolicam. de simo. que est in ecclesia Andeg. Andeg.
vt episcopus & alia dignitates in modum annui
annui redditus teneatur canonicis & capel-
lanis ecclesiæ. singulis festis maioribus dare
prandia cõsuetata, in qua ecclesia fuit archi-
diaconus maior de Bellamera, vt ipse refert
in conf. 31. & hæc consuetudo dandi prandia
ibi fuit

Canonicus
honorarius
alij cano-
nici præ-
cedunt.

Non potest
is canoni-
cus esse iu-
dex dele-
gatus.

ibi fuit nuper approbata per arrestum, & confirmata in supremo senatu Paris. ann. 1536. die 21. Feb. in magna camera. Sed in vasis argenteis vel vitreis, & per quos seruire debeant. fuit dictum in eodem senatu ann. 1528. die 8. Aprilis, quod in vasis honestis, siue argenteis, siue vitreis, vel aliis, & per honestos, & non viles, contra canonicos de Chinon contrarium petentes. [Tamen statutum canonicorum. S. Hilari Pictauieni. quo cauebatur, vt de nouo receptus, solueret vel 40. aureos, vel dimitteret vnus anni redditus, pro ecclesie fabrica, fuit declaratum abusu ad senatum, vt scribit Auffr. in stylo parlam. arresto. 377.

Item quilibet miles ordinis S. Michaelis in sua receptione debet soluere quadraginta aureos, in vsu vestium ecclesie, & ornamentorum conuertendos. Et hoc inuenio statutum per regem Ludouicum in fundatione ordinis militie S. Michaelis qua fundatio est per Papam approbata. Et sic extra simonia labem hoc fit, vt doct. in rub. de simo.

Sexto non tenebitur hic can. in impetratione beneficii facere mentionem de hoc leui canonicatu, vt expressè Aegid. de Bellam. conf. 34. supposito. col. 3. vers. suppositus decedit, quia non dicitur habere beneficium. c. in nostra. de rescr. & ibi Pan. & alii not.

Septimo, quamuis canonici alicuius ecclesie sint exempti, vt Ceno. & Bituric. canonicus tamen honorarius non erit exemptus, sic expressè decedit Aegid. de Bellam. conf. 20. primo videre. col. 2. vers. de canonicis. Alioqui omnes se creare canonicos facerent, vt exemptionem haberent. Nec domum prebendatis affectam poterit hic habere in aliorum preiudicium: quia ad effectum tantum, &c.

Octauo, postquam hic canonicatus extinguitur, siue desinit per mortem vel renunciationem, & sic facti beneficiati, tamen per ademptionem prebende, vel dignitatis, licet postea eidem renunciaret non vacabit leuis canonicatus, per not. in d. ca. dilecto. vbi non dicitur canonicatus supernumerarius, sed desinere, vt no. eiam, in c. constitutus. de rescr. c. si clericus. ibi, cum remanserit in ca. ca-

nonicus. de preb. in 6. licet contrarium teneat gl. in verbo eumerus. in §. item censur. de colu. in prag. nec obstat textus allegatus per eam in cle. si. de preb. vbi quis non potest habere duos canonicatus, verum est cum prebenda quia iura dicunt quem non posse obtinere duas prebendas in ca. liceras. de concess. preb. in eadem ecclesia vel diuersis. ca. si. 70. distin. quia per hoc frangitur numerus certus & constitutus in ecclesiis. Bonif. in cle. vlt. quod non fit per hunc leuem canonicatum, ideo non desinet per ademptionem alterius canonicatus & prebende, sed interim quiescet, sicut prescriptio tempore hostilitatis. c. ex transmissa. de prescr.

Et ideo licet renunciaret primæ dignitati, quam obtinebat ratione huius canonicatus sterilis, si tamen non renunciaret eodem tenore huic canonicatu, non vacabit, & sic poterit ratione illius ventosi canonicatus, postea habere aliam dignitatem in ecclesia, quamdiu viuet, tū quia id quod nostrum est sine facto nostro euelli non potest, tum etiā quia decet à principe beneficium esse mansurum. Regula decet, de re. iur. in 6. tex. & ibi Alb. in l. r. §. casum. ver. quamuis. ff. de postu. Nec refragatur quod debeat intelligi de prima dignitate per legē boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. vbi dixi, quia hoc non habet locum quando dispositio est inducta per viam privilegii. nam illud decet esse mansurum per regulam iuris, ita expressè tenet Fel. in c. in nouamus. in fi. de re. iur. & pace, & maxime quando materia est fauorabilis secundum eum, vt est ista, tunc verba indefinite prolata, videlicet vt possit obtinere dignitatem, intelligi debent de quacumque; tam prima quam secunda. c. vi circa. de ele. in 6. Nec tenebitur hic canonicus residere, nec ecclesie in qua est creatus canonicus, seruire, prout alii canonici. nam seruitium fit ob beneficium. c. si. de rescrip. in 6. postquam nihil habet ab ecclesia, ergo sicut alii canonici non tenebitur horis interesse, & matutinis, quod est notandum.

Nono non poterit hic canonicatus cum alio permutari, nec propria beneficia sibi incompatibilia facit vacare, nec super isto quasi pro certo titulo poterit ordines re-

Residere non tenebitur canonicus seruire, nec permutare.

quasi pro certo titulo poterit ordines recipere. *gl. expressa in verbo ius ad rem. in extra. sag. de offic. deleg. in communibus*, quia cum extingatur per mortem. *cap. dilecto. de præb. ita per resignationem*. Et sic nil transferretur ad conpermutantem, & natura permutationis est, quod extrema permutata eadem numeraliter maneat etiam in beneficialib. *vt probatur per totum titulum de rerum permuta. quod non esset in hoc casu*. Hoc etiam videtur sequi *Imo. in de. vna. col. 5. num. 21. de re. permut.* Et quia canonicus iste est tantum datus ad hunc effectum, & actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem. *l. non omnis. ff. si cert. per. quamvis contrarium firmet Petrus de vbal. in suo tract. de re. permut. col. permut. col. 1. Allegat. Ioan. And. in cap. rno de rerum permut. in 6.*

*Simplex
signatura
an sufficiat
& in quib.*

Decimò hæc creatio in canonicum sufficit cum simplici signatura, quia ex ea perficitur gratia. *c. institutio. 25. q. 2. scripsi in tract. de pacif. poss. num. 50. vers. 6. etiam requiritur tamen quod expressè sit creatus, nec sufficeret, si Papa derogaret statutis & consuetudinibus ecclesiarum, nec haberetur pro creato*. Sic fuit iudicatum in hoc senatu Paris. & prolatum in vigilia assumptionis diuæ virginis, anno 1539.

Arefum.

Vndecimò, si collator dubitet istum esse canonicum honorarium, eidem est insinuatio literarum suæ creationis insinuanda, *arg. c. ordinarii. de off. ord. lib. 6. c. ca. cum persone. de priuileg. eo. lib. 6. poterit tamen exhibitio fieri quolibet tempore, cū concordatum ad id nos non astringat, vt scripsi in tract. nomina q. 14. nu. 41. & seq.*

*Distributio
quotidianas
non habet
iste cano-
nicus.*

Vltimò non habebit vocem in capitulo nec distributiones quotidianas, nisi consuetas, nec intererit in actibus capitularibus. *Imo. in d. cle. si. col. 2. de præb. nec gaudebit privilegiis aliorum canonicorum. Bal. in l. administrantes. §. i. ff. de exc. tut. gl. in §. non censuit. in verb. numerus. de coll. in prag. quamvis Archid. videatur contraria. in cap. hi qui. de præb. in 6. Et D. Gomes. in tract. gratia. expecta. in prima forma.* [Primam sententiam veram censuit senatus Paris. pro canonicis sacri sacelli Paris. an. 1413. 12. calend. Octob.]

Reliqua de istis canonicis honorariis discutienda omitto, quia cum lucrum illorū sit in herba, granum aduo catis non dant.

Præfatio ad Rub. de collationib.



Nno hoc 1535. in instaurata decretorum Paris. facultate interpretatur Rub. de coll. in concord. sequentia præmitto ad totius tituli faciliorem elucidationem.

In primis sciendum est concordatorū de quo hic loquimur, esse legem datam communi concordia principum, videlicet Papæ, & regis, *arg. l. 1. §. conuentionis. ff. de pacti. & l. si voluere. C. de res. ven.* Inde concorditer fieri, quod sit nemine contradicente. *gl. in verb. singulis. c. vbi. §. iidem cardinales. de ele. in 6.* Et concordare & conuenire parū differunt. *cap. pen. ibi. concordare nequeant. Et ibi no. de ele. in 6.* Et sunt duæ personæ, quibus mundus iste regitur, regalis videlicet & sacerdotalis: sicut reges præfunt in causis seculi, ita sacerdotes in causis dei. *canon. si incompreter. §. sed notandum. 2. q. 7.* Ideo hæc duæ personæ tulerunt has leges, vt sequitur.

Secundò præmittendum est concordata facta esse, vt legerentur & seruari in hoc Franciæ regno, sicut alia regum constitutiones, vt patet in rub. de concl. Lateranen. concilii. infra. ideo is commotus, & quia nullus hæctenus in his elucidandis scripserat, extra Ioa. Dayma. qui principium tantum inchoauerat: interpretari cepi hoc die 18. Februarii, & aliis diebus extraordinariis: vt hæc instaurata decretorum facultas omnibus frugem afferat, & hæc Parisiens. maxime floreat, quod futurum spero.

Tertiò præmittendum est, quod olim in synodo Eugenii statutum sanctè fuit, vt ab omnibus episcopis omnino cura & diligentia haberetur, vt magistri & doctores constituerentur: qui studia literarum, liberaliumq; artium dogmata assidue docerent: quia in his maxime diuina manifestantur, atq; declarantur mandata. *cap. de quibusdam*